Verborumque pugnas non necessarias devitent admoneant. De quibus omnibus volumus ut Fid. vrae cum Generoso Paulo Scherbicz Decretorum nostrorum Notario conferant. Si vero hac protractatione aliqua partium sibi praeiudicari putaverit illi cum Fid. vras vel eos quorum id officij fuerit protestari et quarum de iure competierit agendi facultatem reservamus. Fid. itaque vrae secus non faciant. Pro gratia nra etc.

Libera venditio

Sigismundus etc. Scanus

Quia nos ad intercessionem certorum Consiliariorum nostrorum Pro Nobili Laurentio Swiecsłowsky apud nos factam ipsi libertatem eam dari et concedendi esse duximus quemadmodum praesentibus lris nostris damus et concedimus ut possit et valeat tam per se quam per familiam suam absque cuiusvis impedimento et contradictione mercaturam rerum ad victum pertinentium exercere tum et liquores cuiusvis generis propinare idque tamen in Regno nro Poloniae et dominiis eidem subiectis quam in magno Ducatu Lituaniae tam de comitiis quam extra comitia. Quod ad universorum quorum interest praesertim vero officialium quorumvis tam bonis quam civitatum Regni et Magni Ducatus literarum notitiam deferimus Mandantes ut memoratum Laurentium Swiecsłowsky in hac potenti concessione nra conservent conservarique ab aliis curent. Pro gratia nra etc.

Confirmatio

Sigismundus etc.

Oblatas nobis esse literas nomine et ex parte Hermanni von Sacken manu Illmi Dni Magni Epi Ozilien. et Curonien. Administratoris Epatus Revalien. Haeredis etc. etc. subscriptas eiusque sigillo munitas integras nullaque ex parte suspectas donationem solius Unci in Districtu Ambotten. iacen. in quo unus duo rustici Kaupo et Korsten dicti resident in se continen. supplicatumque est a nobis ut ea authoritate nra Regia approbare et confirmare dignaremur. Earum vero tenor talis est etc.

Renovatio Privilegii

Sigismundus etc.

Quomodo licet Nobilis Hermannus von Sacken Privilegium habuerit per Illmum Dnum Magnum Epum Ozilien. et Curonien. Administratorem Epatus Revalien. Haeredem ipsi eiusque successoribus super unum Uncum in quo duo Rustici Timbur et Pegsre dicti resident et ad hoc usque tempus tenent et possident Laturum tamen quia illud ingruente belli necessitate casu fortuito sit

amissum Supplicatum est nobis ut si per eundem Uncum novum Privilegium concedere dignaremur Quare nos ipsis supplicationibus uti iustis benigne annuen. Facientes vero testimonio certo edocti super veritate eius quae de Privilegio ipso nobis relata sunt de speciali gratia nostra Regia deque consilio Senatorum nostrorum presens Privilegium in locum amissi super eundem Uncum eidem dan. et concedend. esse duximus damus et concedimus eundemque Uncum agri eidem Herman von Sachsen eiusque haeredibus perpetuo iure haereditario ascribimus et attribuimus nihil nobis iuris in eodemque relinquentes In cuius rei fidem etc.

Donatio iuris Feudi

Sigismundus etc. Significamus etc.

Quod cum nobis certo constaret Nobilem olim Joannem Hermes ex hac vita sterilliter et nullo haerede masculo relicto decessisse qui unum Uncum agri iure Feudi tenebat et possidebat qui quidem Uncus ad nos iure Feudi rediit Supplicatum est nobis nobilis Petri Tornaij nomine ut eundem Uncum illi concedere dignaremur Nos itaque supplicationibus benigne annuen. habentes commendatam fidem et diligentiam praefati Petri Tornaij certam pecuniae summam super eodem Unco obligatam habuerat eidem praefatum Uncum agri cum omnibus ad eundem attinen. et pertinen. necnon cum tota familia agris pratis hortis piscinis molendinis stagnis rivis fluvijs dominis mellificijs apibus ita prout praefatus olim Joannes Hermes tenebat et possidebat dan. et iure Feudi conferen. esse duximus damusque et conferimus per presentes Dan. eidem Petro Tornaij plenam potestatem eiusdem Unci fundum cum aedificijs si quae in eo sunt de manibus possessorum quorumlibet si opus fuerit recuperan. quatenus vero liber sit et vacuus in possessionem suam recipien. eaque utifruen. donec stirps mascula eiusdem Petri Tornaij superfuerit In cuius etc.

Confirmatio

Sigismundus Significamus etc.

Obtulisse nobis Nobilem Gerchardum Nold. literas infrascriptas pargamenas manu propria Illustrissimi Principis Domini Magni Episcopi osiliensis Curoniensis et Curoniensis Administratoris Episcopatus Revaliensis haeredis etc. Norvegiae ducis etc. etc. subscriptas eiusque sigillo munitas sanas salvas omnique suspicione carentes continen. in se collationem certorum bonorum in Livonia in Districtu Ambotensi consisten. supplicatumque nobis fuisse ut praedictas auctoritate nostra approbare et confirmare dignaremur Earum vero tenor talis est Dei Magnus etc. Nos itaque supplicationi praedicto annuen. literas praeinsertas omniaque earum contenta auctoritate nostra approban. et confirman. esse duximus prout